



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXIX. De Vastatione territorii Passoviae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CCCXIX.

De

Vastatione territorii Passovia.

Anno Domini MCCCXVI. tempore hyemali frater Henricus Marschalcus cum magno potentia equitum intravit territorium Passovia improvisè, & ipsum totum vastavit incendio & rapina, captis quingentis hominibus, & LXXVIII. occisis.

Anno Domini MCCCXVI. Johannes XXII. Papa cum his electis in discordia regnavit.

CAP. CCCXX.

De

Deprædatione territorii Medenike.

Ulm autem idem frater Henricus reversus esset Kunnigsberg, invenit multos peregrinos de partibus Rheni, videlicet nobiles viros de Monte & Nuvenare Comites, Arnoldum de Elner milites, & multos alios Nobiles, cum quibus congregato iterum magno exercitu venit ad territorium Medenikam, & ipsum depopulavit, captis & occisis ducentis hominibus. De parte fratrum etiam quinquaginta viri ceciderunt interfecti. Medio tempore, quo hæc agerentur, Comes de Monte sub vexillo fratrum ante castrum Megenadam milites multos fecit.

CAP. CCCXXI.

De

Occisione LXXX. Lethowinorum.

Hoc tempore Fr. Fridericus de Libencele Vice-Commendator de Crismemela cum XX. fratribus & LX. viris, versus Letho-